

Ἀξιωμασιότα.

1. τὰ λεξικά.

(1) Suffitus solemnus in funebus magnatum. (2) Libertas promulgata ab Hebræis. (3) Ritus in sancendis fœderibus olim adhiberi solitus. (4) Asseveratio: Ego præcipiam &c.

2. τὰ γνωμικά.

Memoriâ dignus est vs 15.

3. τὰ δημηγορικά.

Absolvi potest istius capituli Enarratio duabus concionibus, quarum (1) ex primâ (2) ex secundâ ejus parte habenda.

## CAPUT XXXV.

Nexus.

**P**rophetiæ capitibus proximè præcedentibus 32. 33. 34. propositæ fuerunt tempore obsidionis Hierosolymitanæ regnante Zedekia: Hæc verò, quæ de Rechabitis in hoc capite commemorantur, ὡς ἐν παρεῖδῳ & per digressionem quasi interseruntur. Facta enim sunt tempore Jojakimi filii Josiæ; & sic 18 ferè annis ante obsidionem urbis. Anno enim mundi 3360. nunciato adventu primo Nebucadnezaris 2. Reg. 24, 1. metu periculi imminæntis Hierosolymam se contulerunt Rechabita, sicut ipsi referunt vs. 11. Urbs verò obsidione maximè erepta anno mundi 3342.

Argumentum Capituli.

Commendatur Obedientia Rechabitarum erga avum magnū; eaq̄ve ad populum Judaicum applicatur καὶ ἀντιθήσιν. Caput istud est διηγητικὸν & συζητικὸν.

Partitio capituli.

Duabus absolvitur partibus, quarum (1) Narratio usq̄ve ad vs. 12. (2) applicatio inde usq̄ve ad finem capituli.

ὑποκείμενον γένος.

ὑποκείμενον γένος in hoc capite sunt Rechabita: Eorum originem nonnulli referunt ad Jethronem socerum Moysi; alii eos ortos esse ex gente Cimitarum, & probant ex 1. Chron. 2. v. ult. ubi hæc legitur

tur